

Vir nobilissime et Summe.

Amor et admiratio tui hasce mihi literas expressit.  
quæ benevolentiam tuam duntaxat ambiunt. præmia  
si scripto consequor ista, sat est. Ingensq; opera pretium  
tuum fecisse putabo, si tibi at cui viro! obscurus,  
hominis innotescam. qui orthodoxam pietatem, cum  
stupenda (quod stupendum maxime) eruditione, mediâ  
in aulam sic traduxisti, ut et tuo tuiq; principis  
principi deo placeas, et Summa seculi sidera in admi-  
rationem tui iampridem rapias. quod me non dare  
tuis auribus, sed rei veritati, eruditi omnes agnoscunt.  
Sed præter suprag; ceteros ego hoc in te, Summe virorū  
suspicio, quod quanti summum facias Heinsium, carmine edi-  
to, publice testari volueris, nostrasq; quisquitas, quas invi-  
diæ malevolentiaq; opposuimus, tibi non displicuisse (quod serio triumpho) in castris indicaris. Nescit adhuc et  
æternum nesciat hoc unguis in daniele leo. cui, ut  
Romanus sedendo, sic silendo vincit, et de malignitate et  
maledicentia, coram toto orbe triumphat. Atrocesq;  
inurias Christi exemplo, partim ignoscit, partim non agnoscit.  
quod, ni fallor charitatis et concordie studium, omnem  
scientiam, quæ charitate destituta, inflat, longissime  
excedit. Sed et ego (hanc narrandi audaciam mihi dat  
bonitatis tuæ fiducia) nonnihil molestie devorare cogor.  
Cui Camera rationum magistri, qui interdum perdere  
sciunt sumptus extraordinarios, (quos ob mortem tribuni  
Starobenburgii, cui pastores nostri castrenses in mensa  
antehac erant assidui) quotidie facere coactus sum. reddi-  
turos se negant, sed consueto trium florenorum demen-  
so contentum esse iubent. totamq; provinciam huius homini  
perpetuo obstringunt. Sed cum te morer nobilissime  
vir, verbum non addam. Vale.

Ulye in onlandia  
8 Januarii Juliani  
Anno 1676.



Nobil. tuæ devotissimus  
Arnoldus. (erat pastor in Ulye  
et Sijboudijck).

139





Nobilissimo, Amplissimo vize  
D<sup>no</sup> Constantino Huygens, Zuyliche  
mi dommo, Celissimo Principi a Secretis.

Hagam.

